Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita christiana - Cod. Aug. pap. 142

Guilelmus <Arvernus>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Augustinus: de verbo domini dei

urn:nbn:de:bsz:31-90922

Visual Library

Quoniam Incipit augustinus de vo dm dei
In medio laqueorum positi sumus facile ad
esideriis celesti refrigescimus Quia sollicite assidue indigemus
muniments ut expergefacti ad deum verum et summum
bonum cum defluimus recurramus Idcirco non presumptionis
temeritate sed dei magna dilectione feci opusculo ad laudem
eius opusculum dedi ut exceptis collationibus dictis sanctorum patrum
breve et manuale secum de deo meo quod haberet
meum excitatus lectionis ignem qui ciens tepescit incipiens
accendere amorem Veni adesto michi deus meus
quem ego que diligo quem corde et ore confiteor et qua
valeo virtute laudo adoro Mens mea tibi devota
amore succensa tibi suspirans tibi inhians te solum
videre desiderans nichil habet dulce nisi de te loqui
de te audire de te scribere de te conferre tuam gloriam et
laudem frequenter sub corde revolvere ut tua suavis
memoria sit inter hos tumultus aliqua repausatio mea
Te ergo invoco desideratissime ad te clamo clamore
magno in toto corde meo Et te invoco in memet
ipsum invoco quem [struck in red] omnino nichil esse nisi
tu esses primo et ergo intra In me es quam maneo
In memoria mea ex quo cognovi te quem inveni vidi te
et invocavi tui reminiscor tui et delector intra ergo
omnia propter omnia imples sine conclusione quod agens quod quietus colligens
et non egens querens cum nichil tibi desit amans et non
estuans zelans et securus es penitet te et non doles
irasceris et tranquillus es opera mutas et non mutans

consilium recipis invenis et numquam amisisti numquam inops
et gaudens lucris numquam avarus et usuras exigis
supererogas ut tibi debeatur et quis habet quicquam non tuum
Reddis debita nulli debens qui ubique es et ubique totus
et numquam de eo es tamen ab iniquorum cogitationibus longe es et
ubi non ades peccatorum ades propinquum qui ubique presens es
et invenire vix potes quem statim sequimur et apprehendere
non valemus qui tenes omnia imples omnia circumplectens
omnia supereminens omnia Qui corda fidelium doces sine strepitu
verborum qui locis non distenderis nec temporibus variaris neque
enim habes accessum et recessum et qui habes qui habitas
lucem inaccessibilem quam nullus hominum vidit nec videre
potest intra manens quietus ubique circuis totum ~~tenes totum~~
imples totum illustras sic enim non scindi vel dividi potes
quia vere unus es nec impartes efficeris sed totus totum tenens
totum imples totum illustras et possides Si totum mundum
libri impleant tua scientia inenarrabilis non poterit enarrari
quia vere indivisibilis es nullo modo poteris sibi nec concludi
Tu es fons luminis divini et sol claritatis eterne magnus enim
sine quantitate et ideo immensus bonus sine qualitate vere et
summe bonus tu solus cuius voluntas opus est cuius velle
posse est qui omnia ex nichilo creasti per solam voluntatem fecisti
Qui omnem creaturam tuam absque indigentia aliqua possides
et sine labore gubernas et absque tedio regis et nichil est
quod perturbet ordinem imperii tui vel in summis vel in imis
Qui in omnibus locis sine locis habitas es et omnia contines
sine ambitu et ubique presens es sine situ et motu qui non
malorum auctor es nec umquam fecisse te aliquid penituit

cuius bonitate facti sumus, cuius iustitia puniamur, cuius et
clementia liberamur, cuius omnipotentia omnia gubernat, regit
et implet que creavit. Nec ideo te sic implere omnia
dicimus ut te contineant, sed ut ipsa potius a te contineantur. Nec particulatim
omnia imples, nec ullatenus ita putandum est ut unaqueque
res pro magnitudine portionis sue te capiat, id est maxima
maius, minima minus, cum sis potius in omnibus, sive omnia
in te, cuius omnipotentia omnia concludit, nec audiendi potentiam
tuam quisquam auditu invenire potuit. Qui enim te non habet
placatum, neque quo evadat iratum. Te igitur clementissime
invoco in animam meam quam preparas ad capiendum te ex desiderio
quod inspiras ei. Intra, rogo, in eam et coapta tibi ut
possideas illam quam fecisti et refecisti, ut habeam te quasi signaculum
super cor meum. Queso piissime, invocantem te ne deseras,
qui prius quam te vocarem me vocasti et quesisti ut ego
servus tuus te quererem querendo invenirem et inventum
amarem. Quesivi et inveni te domine et amare desidero te.
Auge desiderium et da quod peto, quia si cuncta que fecisti
si dederis mihi servo tuo non sufficit nisi te ipsum
dederis. Da ergo te ipsum, deus meus, redde mihi te,
en amo et si parum est amo validius. Tuo namque amore
teneor, tuo desiderio flagro, tua dulci memoria delector.
Ecce dum tibi mens mea suspirat et tuam ineffabilem
pietatem meditatur, et ipsa carnis sarcina minus gravat, cogitationum
tumultus cessant, pondus mortalitatis et miseriarum more solito
non hebetat, silent cuncta, tranquilla sunt omnia, cor ardet,
animus gaudet, memoria viget, intellectus lucet et totus spiritus

est in desideriis visionis tue attencius incomparabilium
amore rapi se videt. Assumat spiritus meus pennas
vt aquile volet et non deficiat volet perveniat vsque
ad decorem domus tue et tronorum glorie tue vt ibi super
mensam refectionis supernorum civium pascatur de occultis
tuis in loco pascue iuxta fluenta plenissima. Tu esto
nobis exultacio qui es nostra redempcio. Tu esto nostrum
gaudium qui es futurus premium. Te semper querat anima mea
et tu prima vt querendo non deficiat. Ve misere anime
que christum non querit nec amat. Hec arida manet et
misere perdit que vivit et deum non diligit. Qui curat
vivere non propter te domine nichil est et pro nichilo est.
Qui tibi vivere recusat mortuus est. Qui tibi
non sapit desipit. Misericordissime tibi me commendo
reddo trado. Per te sum vivo et sapio. In te confido et
spero et totam spem meam pono. Per te refecta omnia
et requiescta te cupio diligo et adoro. Tu quo
manebo regnabo et beatus ero. Anima que non querit
te negligit mundum diligit vicijs subiecta est
numquam secura numquam quieta est. Exardescat tibi mens
mea per desideria suspirat tibi pro consolacione mea ardeat
in tuo amore cor meum. In te deus meus requiescat
anima mea contempletur te in mentis excessu et cantet
laudes meas tuas in iubilatione et licet sit in hoc
exilio consolacio mea. Confugiat mens mea sub umbra
alarum tuarum absque stulti cogitacionum estibus ~~

Repausat mente cor meum quod hoc modo magnum tumens
fluctibus satietur cor meum dapibus olim bonorum dapibus
superne satietatis Opulentissime largitor deus da lasso cibum
collige dispersum libera captiuum redintegra scissum en stat
ad ostium et pulsat obsecro per viscera misericordie tue in quibus visitasti
nos oriens ex alto iube pulsanti misero aperiri vt
liberis gressibus ingrediatur ad te et requiescat in te et reficiatur
de te pane vite Tu es enim panis vite et fons vite
tu lumen claritatis eterne Tu es vita ex quibus viuunt
recti qui diligunt te Deus lumen cordium te videntium
et vita animarum amantium et virtus cogitationum te querentium
vt sancto tuo amore inhereat Veni rogo te pitor meum
ab vbertate voluptatis tue inebria illud vt obliuiscar
illa temporalia quedam et pigeat me ista pati quecumque mundus
agit triste michi est quod video graue quod de consolatoribus audio
Visita me deus meus et da leticiam menti meum veni in me
vt videam te Sed angusta est michi domus anime mee quo
venias ad eam dilatetur abs te ruinosa refice eam habet ea que
offendant oculos tuos fateor et scio Sed quis mundabit
eam aut cui alteri preter te clamabo ab occultis meis munda me et
Fac me dulcis Christe Ihesu bone fac me per amorem et desiderio
tuo deponere omnis desideriorum carnalium et concupiscentiarum
catherna Amet rogo tamen anima ✠ anime eo rom gratia
tua et tue me exterius et interius Sede voluntatem
Tribue michi vt laudet te cor meum et lingwa mea
et omnia ossa mea Dilata mentem meam ~~spes mea attingat~~
~~te eterna sapientia et~~ at tolle intuitu cordis mei
et assidua cogitatione mea spes mea attingat te eterna

sapiam sup(er) o(mn)ia manente Dissolue me a uinculis
quib(us) captiu(u)s teneor et relinquens omnia ista tibi festiue
tibi soli in(ter)ea soli intendam O felix a(n)i(m)a que terreno
exuta carcere libera celu(m) petis que de te dulcissi(m)am faciem ad
faciem cernis que nullo mortis metu afficit(ur) s(ed) de incorrupcione
p(er)petue letat(ur) gl(or)ie tranquilla est et secura que non timet
hoste(m) n(e)c morte(m) h(abe)t te tam p(ro)piu(m) d(omi)n(u)m que diu quesiuit et semp(er)
amauit Immundiciis sociata c(h)oris mellifluo p(er)petue
felicitatis et soliditatis carmina ad laudem gl(or)ie tue O rex
in eternu(m) (con)cinit Inebriat(ur) ab ubertate dom(us) tue et
torrente uoluptatis tue potabis eos Tu(n)c a felix societas
sup(er)nor(um) ciuiu(m) et gl(or)iosa solempnitas o(mn)iu(m) ad te redeuntiu(m)
absq(ue) uere p(er)egrinacionis exilio et labore amenitate
pulchritudinis formositate tocius splendoris atq(ue) decoris te
tocius eleganci(e) iugiter tui ciues fruunt(ur) Que tanta organa
et cantilene melodie ibi sine fine delectant(ur) Sonat
en(im) ibi ymnor(um) organa suauissima angelor(um) melodia
cantica archangelor(um) mira que ad gl(or)iam tuam a supernis
ciuib(us) in p(er)petuu(m) decantant(ur) Amaritudo et omnis
asperitas in regione tua locu(m) non h(abe)t Non enim est inte(r)
malu(m) nec malicia non est inpugnans n(e)c ad(uer)sitas
n(e)c culpa p(ec)c(a)ti illecebra nulla est ibi indigencia nulla
defectus nulla rixa nullum impedimentu(m) casus eciam nulla
nullus timor nulla inquietudo nulla pena nulla dubietas
nulla uiolencia nulla difformitas Sed pax summa caritas
plena iubilacio et laus dei eterna secura sine fine
requies et gaudium in sp(irit)u s(an)c(t)o Fortunatus ego si audiero
iocundissimas ciuium tuor(um) cantilenas carmina melliflua

laudes summe trinitati debita potencia. Sed et animi
felicis si meruero cantare canticum domino de dulcibus canticis
Syon. O vita vitalis vita sempiterna et sempiterne beata
ubi gaudium sine merore requies sine labore dignitas sine
timore opes sine amissione sanitas sine langwore habundancia
sine defectu vita sine morte perpetuitas sine corrupcione beatitudo
sine calamitate. Ubi omnia bona in caritate perfecta ibi
spes et visio facie ad faciem ibi plena sciencia in omnibus
et per omnia. Ubi summa dei bonitas cernitur et lumine illuminans
a sanctis glorificatur ibi presens maiestas dei conspicitur et vite
cibo sine defectu mens intuencium saciatur. Videt et vide-
desiderant sine anxietate desiderat et sine fastidio
saciantur. Ibi verus iusticie sol mira specie pulchritudinis
omnes reficit et ita omnes celestis patrie cives illuminat
ut luceat. Ibi lumine videt illuminatum per deum lumine
illuminans ultra omnes solis veri splendore atque
cunctarum stellarum claritatem immortali adherentes
deitati ad ipsos immortales et incorruptibiles facti
iuxta promissionem dei salvatoris. Pater quos dedisti michi
volo ut ubi ego sum et illic sint mecum ut videant
claritatem meam ut omnes unum sint sicut tu pater
in me et ego in te et ipsi in nobis. O regnum celorum
regnum glorie regnum carens morte et vacans fine
cui nulla tempora succedunt per evum. Ibi continuus sine nocte
dies nescit habere tempus. Ibi victor miles donis ineffa-
bilibus cumulabitur. Nobile perpetue caput amplectente
sarcina corona. Utinam remissa mole peccatorum meorum ultimum
dg seuorum corpori me iuberet corporea pietas hanc sarcinam
carnis deponere ut intue civitatis gaudia eterna repausans

inferiorem supernorum civium frequentissimis choris interessem cum
beatissimis spiritibus in mundis conspectu conditoris assistere presentie
Christi vultum cernere nullo mortis metu tangerer de perpetue
immortalitatis incorruptione securus gauderem et scienti omnia
cuncta omnem ignorantie cecitatem amitterem terrena
cuncta parvipenderem ad vallem lacrimarum vel remittere
dedignarer. Vbi vita laboriosa vita corruptibilis vita
omni amaritudine plena vita domina malorum ancilla
superborum que honores tumidant labores attenuant ardores
exsiccant aera morbidant esca inflant ieiunia macerant
sacietas ebetat divitie iactant paupertas deicit iuventus
extollit senectus incurvat infirmitas frangit meror
deprimit diabolus insidiatur mundus adulator caro
delectatur anima excecatur totus homo turbatur et huius tantis
malis mors furibunda succedit vanis quoque gaudiis
ita imponit finem ut cum esse desierint nec fuisse putentur.
Sed quas laudes quas gratiarum actiones tibi referre
valeamus deus noster qui nos et in ipsis tantis mortalitatis
erumpnis non deseris consolari mira visitatione
tue gratie. Ecce me misero multis meroribus dum intueor
iudicium tuum mortis dum horam mortis cogito dum supplicia
tartari horreo dum opera mea quam districte ante pensentur
ignoro dum quo fine illa clausurus sim penitus nescio
dum hec et alia multa metu recorde detractato consolaturus
ades solita pietate et inter has querelas nimios
ploratus atque profunda cordis suspiria deducis et adducis
mestam meam mentem super alta montium fugam et ad
areolas aromatum et adtolles thuris in loco

pascue secus riuulos Dulcium aquarum ubi spiritus in conspectu
meo mensa parata mirifice qua fatigatum spiritum meum repascit
et cor triste letificat Quibus tandem refocillatus multarum
miseriarum mearum oblitus super altitudines terre inter cetera
pace quiesco Amo te deus meus amo et magis magisque
amare cupio Da michi sponse speciose pre filiis hominum ut desiderem
te ut amem te quantum volo quoque sicut amasti sic
saluasti quoque tot et talia fecisti Amor qui semper ardes
et nunquam extingueris dulcis christe bone ihesu karitas mea
deus meus attende me totum igne tui amoris dilectione tua
desiderio tuo karitate tua exultatione suauitate et iocunditate
tua ubi totus dulcedine tua plenus amore totus flamma
karitatis tue vaporatus diligam te dominum meum dulcissimum
et pulcherrimum ex toto corde meo et ex tota anima mea et
ex totis viribus meis et omni intentione mea cum multa cordis
contritione et gemitu lacrimarum cum multa reuerentia et timore
lapis te in corde et ore et oculis meis semper et ubique ita ut
nullus in me adulteris amoribus pateat locus Pulcherrime
locus recordo per illa sanctissima effusione preciosi sanguinis
tui quo sumus redempti da michi cordis contritionem et fonte
lacrimarum precipue dum orationes meas tibi offero dum tue
laudis psalmodia decanto dum pro miseria nostre
incarnationis manifestum munere tue gratie recolo vel
offero dum sacris et altaribus licet indignus assisto cupiens
offerre illud mirabile et celeste sacrificium omni reuerentia
et deuotione dignum quod tu domine sacerdos in maiestate
instituisti et offerre precepisti in commemoratione tua
karitatis mortis et passionis contra salute cottidiana nostre
fragilitatis miseria confirmetur mens mea tanta dulcedine
tue presentie sentiat te sibi adesse et letetur coram te

Ignis qui ꝑ lucē amoꝛ q̄ ꝑ docet dilcīs ꝑpe bone
ihu lumen eternū et indeficiens pans vite qui nos
reficis et inte nunq̄ deficis comedis cottidie et inte
ꝑmanes replende michi cor de illius sufficit
das tuū malicia euacua imple gr̄a et plenū ꝯserua
vt ad salute aie mee mandute cibū carnis tue q̄teq̄
mandite te viua de te vada ꝑ te veniam ad te repausē
inte O dulcedo amoris repleat viscera aie mee
vt exultet mens mea cum bonū caritas deꝰ meꝰ mel
dulce tibi es gaudiū sit me cor inte vt sane palato
possis manducare me tu es vita mea q̄ vivo spes tu
inferres gl̃a tui q̄ adipisci desido Taceat ꝗo tumultꝰ
carnis ꝯticescat fantasie terrarū et aq̄ꝝ aeris et poli
taceat super et ymaginacie revolutes Ois lingwa
et oē signū et ꝙ q̄ transeundo fit sileat sibi et ipa aīa
~~infundendo~~ transeat se no cogitando se s̄ te deꝰ meꝰ q̄m tu
es vera tota spes et fiducia mea Est enim inte deo
et dno ihu xpo dulcissīo et benignissīo atq̄ clementissīo
vniꝰcuiusq̄ nr̄m porcio et sanguis et caro vbi ꝯ
porcio mea regnat regnare me credo et vbi sanguis
meꝰ dnat' dnari me sencio vbi caro mea glorificatur
me esse gloriosum ꝯcognosco q̄uis peccator sum de spat tn̄ ꝯmu gr̄e
no diffido et si pctā mea ꝓhibet ꝑbā recipit et
si delicta mea ꝯtra excludunt me nature ꝯio no repellit
no enim tam q̄ immitis est dns ꝯt obliviscat' ꝑis
~~respicit~~ no meminit ipiꝰ q̄ ipe ꝯpat de pare
itaq̄ potuissem ꝓpter nimia vana culpas et ~~neg~~
~~negl~~ neglisencias meas Infirmitas q̄s egi et cottidie
indesinenter ago vre eodē opē et oibꝰ modis ꝯtra
Quanta fragilitas ꝑitare potest nisi cum tuū deꝰ

deus caro fieret et habitaret in nobis Ecce desperare
non audeo quia proditus sit i.e. traditus corpus ad mortem mortem
autem crucis tulit caro hic ipsa peccata mea et affigens
ea cruci crucifixit mortem et occidit In ipso autem
secum resurrexit qui sedet ad dexteram tuam et interpellat
pro nobis In ipso confisus ad te pervenire desidero cuius iam
resurrectionis et ascensionis festa ad celum conscendi et in celestibus
consedes Tibi laus tibi gloria tibi honor et gratiarum actio et c.

Piissime domine quam dulcis est memoria tua quanto
magis inde meditor tanto magis es michi
dulcior et amabilior Idcirco oblectat me valde
bona tua mentis intuitu et dulcissimo pii amoris
affectu in loco peregrinationis mee iuxta modulum meum
interim quamdiu hiis fragilibus subsisto membris considerare
Tuo enim caritatis iaculo vulneratus sum tuis vehementer
desideriis flagrans ad te pervenire desidero et te videre cupio
Idcirco semper custodia mea stabo et vigilantibus oculis
conspicua et mente et totis viribus meis ex pectore meum
collaudabo celum penetrabo mente et desiderio tecum ero
ubi incipit tristitia quidem solo corpore tenear tecum autem
cogitatione et aviditate atque desiderio sum semper quatenus ibi
sit cor meum ubi tu es thesaurus meus desiderabilis
et incomparabilis multum amabilis Ecce ecce deus meus
piissime ac misericordissime dum tue In mens pietatis
ac bonitatis gratiam considerare volo cor meum non
sufficit excedit enim omnes sensus humane ingenia mentis
tum decor tuus pulchritudo tua gloria tua magnificentia
tua maiestas sicut Inestimabilis est tue glorie splendor
ita ineffabilis tue claritatis benignitas qua illos quos
ex nichilo creasti adoptas In filios et tibi heredes

O anima mea si oporteret nos cottidie tormenta perferre si
ipam gehennam tempore longo tollerare ut xpm in sua
gloria videre possim et scis sociari nonne erat dignum
pati ac quam triste est ut tanti boni tantique glorie
participes haberemur insidiantes quoque demones parendi
suas temptaciones frangunt corpus ieiunia domant
vestimenta labores afficiunt vigilie exhauriunt clamet
iste inquietet me ille ut ille frigus intuetur estus inmittet
dolor grauescat capud doleat pectus arcz inflet stomachus
marcescet vultus infirmatur totus deficiat in dolore
vita mea et anni mei in gemitibus insidiatur
putredo in ossibus meis et subter me scateat ut requiescam
in die tribulacionis et ascendam ad populum accinctum nostrum
Que erit iustorum gloria quam grandis sanctorum leticia cum omnis
quorum facies fulgebit sicut sol cum ceperit distinctis populum
suum dominus in regno patris sui recensere et meritis
atque operibus singulorum promissa premia restituet pro terrenis
celestia pro transitoriis sempiterna pro modicis magna Beata
cumulus beatitudinis erit cum dominus sanctos adducet in visionem
paterne glorie et faciet in celestibus consedere cum sanctis eo
et esse omnia dominum videre dominum habere in eternum et
ideo hoc sedula mente cogitemus hoc toto desiderio desideremus
ut ad eos cito pervenire valeam Si queras quomodo fi
at ut quibus meritis vel quibus auxiliis Audi Res ista
posita est in potestate facientis quam regnum celorum vim patitur
Regnum celorum o homo non querit precium nisi te ipsum tanti
valet quanti tu es te dato habebis illud Quid turbaris de
te ipso xpus se ipsum dedit ut acquireret regnum deo patri
ita tu te ipsum da ut sis regnum eius et non regnet peccatum
in tuo mortali corpore sed spiritus in magnificacione vite O anima redempta

ad ciuitatem celeste(m) in q(u)a scripti sumus et ciues dicti
s(umus) q(uia) ciues s(an)c(t)or(um) et domestici dei et sic heredes dei coheredes
aut(em) x(risti) considerem(us) nobis nec inclita felicitate
infinitu(m) comparare est p(ro)p(ter) q(uod) dicam tu(m) completa sicut letan
omni(um) habitacio est in te ... quasi gaudencium exultacione omnium terre
Non est in te senectus nec senectutis miseria non est macies
non e(st) claudus non gibbosus n(ec) deformis cu(m) omnes occurrunt in
virum perfectum in mensura etatis plenitudinis x(risti). Quid
igitur vita beacius ubi non e(st) paupertatis metus n(ec) egritudinis
imbecillitas nemo ibi ledit nemo irascitur nemo inuidet
cupiditas nulla exardescit nullum tibi desiderium nulla honoris
aut potestatis ambicio nullus ibi diaboli metus insidie demonum
nulle terror gehenne procul n(ec) mors corporis aut anime s(ed)
vite in mortalitatis munera iocunda nulla erit tunc
omnium discordia s(ed) cuncta consona cuncta conuenien(tia) et omnium sanctorum
una erit concordia pax cuncta et leticia quieta tranquilla s(un)t
omnia et continua iugis splendor non iste q(ui) nunc e(st) s(ed) tanto
clarior quanto felicior q(uia) ciuitas illa ut legitur non egebit
lumine solis s(ed) d(omi)n(u)s omnipotens illuminabit eam et lucerna eius est agnus
ubi sancti lucebunt sicut stelle in perpetuas eternitates et sicut
splendor firmamenti qui erudiunt multos q(uia) propterea nox i-
bi non n(ec) tenebre ... nubium n(ec) e(st) n(ec) frigoris ...
ne asperitas nulla s(ed) talis rerum species q(ue) n(ec) oculus vidit
n(ec) auris audiuit n(ec) in cor hominis ascendit nisi eorum qui ea
perfrui digni inuenientur q(ui) nomina scripta s(un)t in libro vite

Anima insignita dei ymagine illustrata similitudine
eius in se adeo q(uia) admoneatur p(er) eam aut stare cu(m) eo aut
redire si mota suis affectibus immo defectibus fuit non solum
eius conspectum sperare queat in ipsum venire nec s(ed) ad nupcias
audeat aspirare et cu(m) deo inire federis societatis atq(ue)
cu(m) rege angelorum ducere suaue iugum amoris hec omnia

facit amor ut aia complibeat se deo [illegible] proclivitate
cui filius est sponsam diligens sit dilecta est Nobis est amor
conbus aie affectibus motibus atque sensibus quibus sit creatura
conqueus respondere creatori vel filii mutua rendere vice
Amor ubi venit ceteros omnes atque in se traducit et captivat
Amor per se sufficit per se placet per se ipse meritum ipse premium
ipse causa ipse fructus ipse usus per amorem coniungimur deo Amor
facit unum spiritum ex duobus Amor facit idem velle et idem
nolle Amor facit quod mens sponse postmodum omnia que
adsunt tamquam non adsint considerare tercio de loco videndo
tamquam atque eterna et interna conspicere Per amorem quoniam
in seculo bona conterunt honesta postmodum aut etiam honesta
despiciunt ad extremum et dei interna conspiciunt Deus pater
karitas est deus filius karitas est Spiritus sanctus amor patris et
filii est Hec karitas et hec karitas ad se reficit (?) in nobis
filius karitate quia in re calius (?) quia affirmite conformiter
ei affectionem et coniunctionem Amor dignum reverenciam nescit
Qui amat confidentem accedit ad deum familiariter loquitur
ei nil timens nichil hesitans Credit quod convivit qui non diligit
sed aut diligit deos suos sic habet ad deum quod diligit que
desiderat quidquid meditatur quidquid delectatur in quo conversatur in quo (?)
imprimerat Ipse talis fit devotus ita legit ita cantat
et in omnibus operibus sit providus est et circumspectus quasi deus
assit presens ante oculos eius sit revera est Ita orat quasi sit
assumptus et presentatus ante faciem maiestatis in excelso throno
ubi milia milium ministrat et decies centena milia
assistant ei Amor animam quam visitat excitat facit domita
movet et emollit eam et vulnerat cor eius tenebrosa
illuminat clausa reserat frigida inflammat ac mentem
asperam et iracundiam et impacientem mitigat vicia fugat
carnales affectus reprimit mores emendat reformat et

Innouat spiritum lubrice etatis motus actusque leues coherceat
Hec omnia facit amor cum presens est cum vero abscesserit ita
anima incipit iacere langwida ac si cacabo bullienti sub=
traxeris ignem Magna res est amor quo anima per se ipsam
fiducia arripit ad deum deo constanter adheret deum familiariter
conuenitur consulitque de omni re quam amat nichil aliud potest
cogitare nisi loqui cetera contempnit omnia fastidit quicquid
meditatur quicquid loquitur amorem redolet ita eam amor dei
sibi vendicauit Qui vult habere noticiam dei amet
Frustra attendit ad legendum dei ad meditandum adorandum
qui non amat Amor dei amorem anime parit et eam intendere
sibi facit amat deus ut ametur cum amat non aliud vult
quam amari sciens amare ipsos esse beatos qui se amauerint
Anima amans cunctis renunciat suis affectibus et toto
soli incumbit amori ut possit respondere amori In
redimendo amorem et cum tota effuderit se in amorem
quantum est ad illud perhenne confluentem Non pari vbertate
currunt amor et amans anima et deus creator et creatura
tamen se ex toto se diligit nil deest vbi totum est
Non timet anima que amat paueat que non amat Alia
anima amans vertere voces tempore desideriis dissimulat
merita maiestati oculos claudit aperit voluptati ponens
in salutari animam et fiducialiter agens in eo Amore
anima se credit et concedit atque per eis ipsis ut se ipsam non senciat
quia deum sentit Hoc fit cum mens inestimabili dei
illecta dulcedine quodam modo se sibi furatur immo
rapitur atque eleuatur seu elabitur a se ipsa ut deo
fruatur ad iocunditatem et nil tam iocundum Amor
dat familiaritatem dei familiaritas ausum ausus gustum
gustum famem Vera que tangat amor dei nil aliud potest
cogitare nil desiderare frequenter suspiriat dicens Sicut

ceruus desiderat ad fontes aquarum ita ~~et~~ Dilectus amore
venit ad vbera et factus est homo Amore deus invisibilis
seruus suus factus est similis Amore vulneratus est propter
delicta nostra Sit tuta et firma requies est Infirmis et
peccatoribus In vulneribus saluatoris Ecce illud tuto patet
michi viscera per vulnera Clauus quod [illegible] michi de est
corpore michi visceribus domini mei ~~In quibus visitauit nos~~
~~oriens ex alto~~ quia non me affluit nec defuit foramina pietatis
fluat per foramina patet michi cordis archana patet michi
magnum pietatis sacramentum patent viscera misericordie dei mei
In quibus visitauit nos oriens ex alto / Vulnera christi plena
misericordie plena pietate plena dulcedine et caritate Foderunt
manus eius et pedes et latus lancea per has rimas licet michi
gustare quam suauis est dominus meus quia reuera suauis et
mitis et multe misericordie In veritate in sinceritate cordibus inqui=
rentibus et magis diligentibus Copiosa redempcio data
est nobis In vulneribus saluatoris nostri et magna multitudo
dulcedinis plenitudo gracie et perfeccio virtutum Cum me pulsat
aliqua turpis cogitacio recurro ad vulnera christi Cum me premit
caro mea recordacione vulnerum domini mei resurgo Cum
diabolus parat insidias michi fugio ad viscera misericordie
dei mei et fugit a me Si ardor libidinis moueat membra
mea recordacione filii extinguitur In omnibus aduersitatibus
non inveni tam efficax remedium quam vulnera christi In illis
dormio securus et requiesco intrepidus Christus mortuus est pro nobis
non est tam mortuum quod morte christi non saluetur Tota spes mea
est in morte domini mei Mors eius meritum meum refugium
meum salus mea vita et resurreccio mea Meritum miseracio
dei Non sum meriti inops quamdiu ille miseracionum inops
non fuerit Et si misericordie domini multe multus ego sum in meritis
Quanto ille potencior est ad saluandum tanto ego securior

Peccaui peccatum grande multorum michi conscius sum delictorum
nec sic despero quoniam ubi habundauerit delicta superhabundauit
gracia Qui de venia peccatorum suorum desperat negat deum esse
misericordem Magna iniuria deo facit qui de misericordia
eius diffidit quantum in se est negat eum habere caritatem veritatem
potestatem in quibus tota spes consistit scilicet in caritate adopcionis
in veritate promissionis in potestate redempcionis Murmuret
iam quantum voluerit insipiens cogitacio mea dicens Quis enim
es tu et quanta erit gloria illa quibus meritis illam obtinere speras et
ego fiducialiter respondebo Scio cui credidi et certus sum quia
caritate nimia adoptauit me in filium quia verax est
in promissione potens in exhibicione et licet ei facere quod vult
Non possum terreri multitudine peccatorum meorum si mors domini
in mente euenerit quoniam peccata mea illum vincere non possunt
Claui et lancea clamant michi quod vere reconciliatus sum deo
si ipsum amauero longinus aperuit michi latus lancea et
intraui et requiesco secure Qui timet amat quoniam caritas
foris mittit timorem Nullum tam potens et tam efficax
remedium est contra ardorem libidinis quam mors domini mei
Extendit brachia sua et expandit manus suas paratus
in amplexus peccatorum Inter brachia saluatoris mei
viuere volo et mori cupio ibi securus decantabo
Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos
meos super me saluator meus caput inclinauit in morte
ut oscula daret dilectis suis et totiens deum osculamur
quociens in amore eius compungimur O anima insignita
dei ymagine redempta christi sanguine desponsata
fide dotata spiritu sancto ornata virtutibus deputata
cum angelis dilige illum a quo tantum dilecta es
Intende illi qui intendit tibi quere querentem te

Ama amante te ama amatore tuu ac amaris
tuiq amore spuenta es q est q ta amoris tui ipe est
incitu ipe primu ipe fructus ipe totus ipa finis esto
sollicita cu sollicito cu vacante vacans cu mundo
munda cu sco sca qre te pauis deo tuis optz vt appeat
tibi deq suauis et mits et multe mie suaues dulces spuales
et misericordes respicit Ama illu q eduxit te de laco
misie et de luto fecis elige illu aytu spomibus amicis
q cu oia subtracta fuit solus tibi fide srabit In die sepulture
tue cu oms aici tui recedant ate ille no derelinquit
te s tuebit rugientibus pparatis ad escam et educet pnota
regione et pducet ad plateas syon et ibi collocabit cu
angelis an facie maiestatis vt audiat illud angelicu
melos Vbi e canticu leticie vox exultationis et salutis
graz actio et vox laudis atque alla ppetuum Vbi e cumulata
felicitatis gla sup emices habundans leticia et oia bona
O aia mea suspira desiderant desidera rochemet vt possis
venire invilla supna ciuitate de q ta glosa dicta sut
In q st letantium oim habitatio E Amore potius ascende
amanti vt diffila nt ... e ama q amat ascedit
frequenter et ercit familiariter p plateas ciuitatis Ibi inuestigado
illic patriarchas et pphetas salutando apostolos amicando
exercitus mrm et confessorum et chorus virginum spectado celu
et tra et oia q in eis sut no cessant dicere in vt
ame deu meu

Anima mea si vis amari adeo reforme ymte
Aymaginem sua et desiderabit te Consilio magne
sancte trinitatis ad ymaginem et similitudine sua creauit
te creator tuus q nulli alii creaturis gessit vt
tato eu ardentius diligeres quanto te mirabilius ab eo

congnita intelligeres Considera quod nobilitatem tuam
nobilis creatura quoniam sicut deus vbique est totus omnia
conuisitans maneas et tu secundum modum tuum es omnis
et sapiens sicut in deo tres sunt quia pater et filius et spiritus sanctus
sic tu habes tres vires scilicet intellectum memoriam
et voluntatem et sicut ex patre generatur filius et ex vtroque procedit
spiritus sanctus ita intellectu generatur voluntas et ex hiis procedit
memoria anima voluntas et sic deus est pater et deus filius
et deus spiritus sanctus non tamen tres dii sed vnus deus et tres persone
ita anima est intellectus anima memoria anima voluntas
non tres tamen anime sed vna anima et tres vires Hiis
anime viribus quasi excellencioribus iubemur deum diligere
videlicet vt diligas eum toto corde tota anima tota mente
et toto affectu tota voluntate tota memoria hoc est
toto affectu sive affectu dilectionis Intuitu non solus sufficit
deo intellectus ad beatitudinem nisi sit inflammacione eius voluntas
Immo hec duo non sufficiunt nisi addatur memoria quod sic
in mente intelligentis et volentis maneat deus vt
sicut nullum est esse momentum quo homo non vtatur vel fruatur
dei bonitate et misericordia ita nullum sit momentum quo ipsum
presentem non habeat in memoria Intellige dignitatem
tuam nobilis creatura quoniam non solum insignita es dei ymagine
quoniam etiam decorata similitudine Sicut enim creator tuus mitis
et misericors qui te ad similitudinem suam fecit et caritas bonus
et iustus suauis et mitis et misericors et ea insignia quibus deitas
teguntur ita creata es vt caritate habeas et eas munda
et sancta et pulchra et decora et mitis et humilis Quantas
virtutes quanto plus intellexeris tanto propinquior deo eris
et maiorem tui cognitionis communis similitudinem Quid maius tibi homo

fatere potuit q q adsilitudiez sua se gderet facto tunc
et ide virtutu vestibus te ornaret quibg ipe ornatus est Attende
ergo diligenter ipme gdicois tue excellentia et venerandam
ste trinitatis ymaginez Inte ipa agnosce honore filitudis dei
adquam tanta es here prude nobilitate nicht nullum ecian statutum
digni[...] superioz vt qndo apebit qlis sit tue filius ei apparere
possis Filius enim silem grit et qle te parvus deo tibi vnde
est vt appeat tibi deus Si ergo natiua pulchritudiez tuam
Inte reparavis gcupisceret rex decore tuu qm ipe e dns
deus tuus ipe autem sponsus et fr et filius Ipe enim dixit Quicumque
fecerit voluntate patris mei qui in celis est ipe meus fr
soror et mater est Audi qm vtique e sapia pris et filius est pris
Voluntas hois nl aliud e qm qda ples mentis Si ergo eadem
est voluntas tua et pris voluntas id e filius tuus et filius
pris veritas sapia voluntas eode gcipit et eode gnatur
Si igitur ide vois eide sapis qp pr eunde filiu hs qr qp
pr Inte e vtrum sis pate an mater an potius vtrumque
et pr et mr no tuo merito s dei dono Potes nam cum
gignere incorde tuo et in corde alieno potes eu gcipere
acorde tuo et abore alieno Intellectu gignitur gsensu gcipitur
affectu nascitur effectu nutritur Quado cogitate intelligis vel
aliud intelligere facis gcepm gignis Posti volunte dei
gsensisti et gcepisti qm gignis es pr qm gcipis es mater
Amado ptis spando nutricis Sic inptate cuiqz relinqtur
vtru tate ples mate efficiatur Maledicta ergo sterilis q no
pperit qz talem filium pcioso here potuit Similiter maledictus
qui no gignit nisi qz in viva ptate gsistat cogitatem
Intelligere et cogitati gsentire Non enim veritate intelligo
tu volo intellecte aute gsencio si volo Velle vero no
possu nisi gra dei fuit mecu Nulla enim e humana

industria siue dei gra Hoc hominibus hec creauit nec bonu amisit liberi arbitrij vigore sed nec electores nec nos erat nam vt emendaremus peccatum In nobis namque mane adpprenda salutem arbitrij voluntas est rationalis voluntas sed amovente deo et incitante ad salute vt vt eligamus vt sequamur spiritus nre e diuine aut aspiratione accessere et sic ad salute nram sed accessere et sequi diuine deo munus e vt possimus adipisci et sequendo cupimus consequi spiritus nre e et ignauie vt labarum solicitudinis vero nre est et celestis spiritu adiutorij ne nos labarum Felix ergo qui sic sapienter ambulat ne cadat aut si ceciderit vt statim resurgat felicius deo est qui nunquam cecidit felicissimus autem qui ita cum deo regnat Felix qui spiritus est cum voluit Habere filium dei O quanta e dignitas Hominis filium Habere deum et quanta e sublimitas omnipotentis Hominis Habere patrem et quanta est nobilitas aie corporum Habere sponsum Certa quod aia et ani sponsi aia e dilecti sui ad aduentu summa cum desiderio sed debet iubilare et parata atque expedita esse vt pulsante amico absque omni dilationis iniuria possit suscipere et pulsanti cum deo alacritate occurrere ne subito appropinquante aduenientes omnis compta et minus ornata inueniat aut diu exclusa diuine consolationis ulla molestia sustineat Aliud e aut cum ipso intrare atque aliud e adeptum exire ibi aia adsemet ipam recutitur et cum dilecto suo vsque ad intima cordis sui penetralia ingreditur Hec ergo semetipam ducitur et ad sublimia contemplanda subleuatur Quid namque

eius est intrare nisi se ipsam tota in semet ipsam colligat
Quid eius exire nisi se ipsam extra semet ipsam tota effundere
Nichil magis est aliud animam cum dilecto suo in cubiculum
ingredi et sola cum solo morari dulcedine quam perfrui nisi exteriorum
omnium oblivisci et intimis dulcedine summe et intime delectari
Ecce sola cum dilecto residet quae exteriorum omnium oblita et ipsa
considerare dilecti sui addilectionem desiderium provocet et exterius
quam intimius suis considerat animum suum in eius amorem affectum
inflammet et tanta ex bonorum quae amatorum suorum considerare
in gratiarum actiones assurgit et tunc in ipsa circa inde grata
ocia intima devotionis victimas persolvit Ecce in
intimum dilectionis perducitur et in proximo collocatur quae
proximo affectu et sic diu diligitur Cogita ergo sit quod
in corda tua ardentius dilexisti amplius concupisti quanto
te profundius afficiebas totisque viribus effundens delectabat
Considera ergo si eandem affectionis violentia dilectionis habundancia
fuit is quae in summi dilectionis defectum in marcescis quae in eius
dilectione requiescis Cui dubium sit quod intime dilectionis tue
sitim nisi diu teneat si intime dilectionis aculeus animam
tua in diuinis affectibus magis penetrat tepidius excitat
quam in alienis affectibus aliquem penetrare vel excitare solebat
Si tanta forte vel validiore dilectionis violenciam in in-
timis tuis etc diuinis prospexeris quam alias expertus fueris
Vide adhuc si forte aliud aliquid sit in quo delectari vel consolari
posses etc quam diu possessa talia quaelibet vel consolationes
vel iocunditate suscepe non diu audeo dilectum tuum dicere
in intimum dilectissimi ardentissimi amoris siti tenere
Cum hoc festina cum thesauro adhuc adinteriora et
secretiora cordis tui penetralia penitus ab exterioribus adhuc

Quis enim negat intimum illud cordis tui ad penetra-
lia recessus habere seu etiam obtinere posse in quibus
summi et singularis amoris violencia tu aliquid
passionis infixit aliena omnino dilectione auelle non
possit Certe si aliena alicuius consolacionem queris et
recipis deum tuum eius forasse summum non deum tamen
singulariter diligis non deum quem intimum produxit
non intimo collocat Ubi quod non satisfacis cum
introducere intima tua quomodo te credo velle et
posse sequi eum ad sublimiora sua Certum igitur tibi signum
sit quod cuius est anima quod dilectum tuum omnibus diligis et
ab illo omnibus diligis si ad theoritas conformes non deum
vocari et vocare non deum secundum meritis Quomodo
enim perfecte diligis si insidiorum desideriorum non rapis
ad superna et mente anagogicas illos conatus metasalie-
nacione non transis Vis nosse quod sublimitas divinarum
revelacionum sit manifestum divine dilectionis indicium Sed
inquid non dicam vos servos sed amicos quia omnia que audivi
a patre meo nota feci vobis Satage quod deum tuum
intime et summe diligere et ad horum divina contemplacionis
gaudium summo tuo desiderio anhelare Collige te ipsam
totam et in solo divinitatis desiderio requiescere debet namque
anima perfecte et assidue summorum contemplacione dedita omni
hora contemplacionis peregrinacionis sue terminum et
castelli huius consequi tuum summo desiderio optare et
adhuc contemplacionis spiritualiter infixa vita spaciis amo-
rum suspendere et huius optatione vehementi desiderio
anhelare et id quod interim videt per speculum in enigmate

mereat facie ad faciem vide Recesse itaque adeo
altum ascendere et spiritualis expressum et divina revelacione
addiscere quod sit illud adque respirare et studere optat et
adquirere sublimitatis habitum dominum suum sponse et assuescere
debeat Rursum si semel adluti fuerunt illum angelica
sublimitatis gloriam admissi fuit et ad illud diviorum
radiorum spectaculum meruit aliquando intromitti quod intimis
desideriis quod profundis suspiriis quod inenarrabilibus gemitibus
eum qui eiusmodi est putaque insistere quod assidua recordacione
quod iocunda ammiracione suscepta claritate credimus eum retractare
mentemque revolvere illum desiderando illam contemplando donec
tamen aliquando incarnande ymagines transsumere actualitate
intellectualitate tamque ad divini spiritum omnino ad abillo subli-
mitatis statum ad nos metipsos redimus illam quam prius
super nos met ipsis vidimus in ea claritate vel ...
quod semper ...que ad nostram memoriam revocare nimis
non possumus et quod omnis inde aliquid in memoria
teneas et quasi per medium velum et ... in medio
nebule videas et modo quidem colliedi in qualitate
visionis apprehende vel recordari suffragia et mirrorum
in modo reminiscentis nunc reminiscione donec videtis
et non videmus et aspicietis non aspicimus et in-
tendentes non intendimus donec iterum meditacione
assurgas in contemplacione contemplacione in ammiracione
in ammiracione in mentis alienacione Veritatis
contemplacio inchoat vita inchoatur in infinita vita
iugi perpetuitate celebratur Profunditas contemplacione ...

erudit[ur] ad iusticiam consumat[ur] ad gloriam Vera contemplacio
cor ab omnibus terrenis amore non solum emundat sed et sanctificat
et animam ad celestium amorem inflamat Qui diuina
reuelacione atque inspiracione ad contemplacionem commouet[ur]
quarda et arras future huius plenitudinis iam accipit
Qui sempiterne contemplacionis vult vacari oportet et
discat recedere non solum ab operibus malis sed etiam
a cogitacionibus superuacuis Multi quidem et sciant
vacare corpore minime tamen valet vacare corde
nescientes facere sabbatum ex sabbato et ideo non valet
implere quod dicitur in psalmo Vacate et videte quoniam
suauis est dominus vacantes scilicet corpore sed vagantes
ubique corde neque enim vident mente quam dulcis est dominus
et quam bonus Israel deus hiis qui recto sunt corde Inde
est quod hostes deridet sabbata eorum et opera sua vacacio
ocia incogitaciones inutiles complectitur et corde vana
quoque vago recessu sine respectu compunctionis passim huc
illucque vagatur Idea eorum sed indiuisa rapit[ur] et nunc
in hac partem tunc in illam discurrendo mira agilitate
ingirum agit Sic quoque diu[inus] contemnis mundi huius elementis
minimus desideria nostra contra gaudia nostra contendimus quod
infirmitate plena sunt quod ad perfectum quoniam in hac vita
splendere possit Vera autem illa supernorum spirituum
multitudo desideria sua vult gaudiorum suorum plenitudine
tudineque non contendunt quod felicitatis sue infirmitate
vel maiestate diuino splendere non sufficiunt
Est autem eorum gaudium de contemplacione caritatis sed et etiam
in contemplacione incius caritatis Dum enim deum in omnibus

sui operibus suis mirabile In eternum non est mir-
si undique venerando miratur magnalia eius quem
diligunt In eternum itaque In creatis corporeis sed etiam in
incorporeis unde miratur. Sed omnia corporea despicit et contemplatur
contemplantes miratur mirantes letatur dedicat contemplatores
congratulatur deniusque mutua letantur invicem corporalium
speculatore. Discamus et nos contemplantes mirari et
mirantes contemplari quomodo illi superne beatitudinis cives
omnia quod ab ipsis sit indesinenter aspiciunt omnique ab alto
videt ratione et admirationem complectuntur quomodo de mutua
societate insolubilique caritate In infinitum gaudeant
quomodo In nulla divine claritatis visione insatiabiliter
Inardescunt nichilque est iocundius. Et cotidie gratia
contemplationis quanto amplius celestium contemplatore delectaris
et delectando ammiraris tanto libentius In inhiabis
et tanto diligentius perscrutabis profundiusque illuminaris
Semper In illis Invenies quod mireris et delecteris
Nusquam est copiosior materia ammirandi et nusquam
uberior est delectandi. In hiis quod sit tua admiratio tua
delectatio sed nec erit alia qualis querere et congrue plenitudo
sic est plenitudo aut huius sic penitudo glorie consummate
gratie perpetuitas vita. Nullius vero sine plenitudinis opus
est. Intima potius compunctione quam profunda Investigatione
suspiriis quam argumentis gemitibus quam copiosis
argumentationibus lacrimis quam sententiis oratione
quam lectione gratia lacrimarum quam scientia litterarum
celestium contemplatione quam terrestrium conspectione
Precedente atque comitante atque subsequente gratia

domini nostri Ihesu cristi qui cum deo patre in unitate
spiritus sancti vivit et regnat deus in secula
seculorum benedictus amen

Explicit augustinus de verbo domini dei vel pocius de amore dei et de anima